AUGUSTINUS
Klosterneuburg, 3. Drittel 12. Jh.
Seite 47r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Ait codices habent in eternum. quod ex ambiguo greco factum est.
Si in hoc seculo intelligendum in eternum. quomodo exponens eum testamentum memor fuit adiungit et dicit. uerbum quod mandauit in mille generationes. Quod
adhuc cum aliquo fine potest intelligi. si deinde dicit. Quod disposuit
ad abraham. et iuramenti sui ad ysaac. Et statuit illud iacob in preceptum. et is
rahel in testamentum eternum. Ubi nullus est ambiguitatis locus. Eoni os quippe
sit grecus. quod nisi quidam nostri in eternum interpretati sunt. Nyx aliqui alicubi aeoni
on. eternale dixerunt. in forte et eona familiam interpretant secundum. aeoni
os. in eternum. si secare interpretari uelunt. quod nemine ausum fuisse commemini.
Si autem hoc loco testamentum uetus intelligendum est propter terram chanaan. sic enim
sermo contexit. statuit illud ipsi iacob in preceptum. et ipsi israel in testamentum eter-
num. Dicens tibi dabo terram chanaan. funiculum hereditatis uestre. quomodo in-
telligendum est eternum. cum terra illa hereditas eterna esse non possit. Et ideo ue-
tus testamentum uocat. quia per nouum abolebitur. Omnes uero generationes nec eternum in-
dent aliquid significare et unaquaque finem habent. et ad ipsa tempalia numus multe
sunt. Quamlibet enim paucis annis generatio deficiet. quam geneam greci di-
cunt. quinquinta quidam. xv. annis terminauerunt. ex qua homo incipit pos-
se generare. quae si iste mille generationes in solum a tempore abraham quando ei facta est
ista promissio usque ad tempus noui testamenti. si ab ipso adam usque ad terminum seculi.
Quis enim audeat dicere. xv. annorum millibus; hoc seculum excedit. Unde in uidetur in
hoc uetus testamentum intelligendum. quod nouo esse tollendum dicit per ypham. Ecce
dies uenient dicit. dns et confirmabo domui iacob testamentum nouum. in secundum testa-
mentum quod constituit patribus; eorum cum educisset eos de terra egipti. si testamentum fi-
dei. quod laudat apostolus cum abraham nobis ponit imitandum. et de legis operibus; glo-
riantes inde conuincit quod abraham et ante circumcisionem credidit deo. et repu-
tatum est ei ad iusticiam. Deinque cum dixisset memor fuit in secundum testamentum sui. quod
in eternum intelligere debemus. testamentum scilicet iustificationis et hereditatis eterne.
quam fidei promisit dns. ubi inquit quod mandauit in mille generationes. Quod est man-
dauit. Quod enim ait tibi dabo terram chanaan. in mandatum est et promissum. Man-
datum est autem quod facere debemus. promissum quod accipere. Mandatum quidem fides est ut iustus
ex fide uiuat. et huic fidei hereditas eterna promittitur. Mille quidem generationes propter
numeri perfectionem per omnibus; intelligende sunt. id est quamdiu generatio generationem se-
quendo succedit tamdiu mandatum est ex fide uiuendum. Quod obseruat ipsis di
filius promissionis. nascendo uenientes. et moriendo abeuntes. donec omnis ge-
neratio finiatur. Quod millenario numero significatum est. et denarius numerus solidum qua
dratum decies decies et hoc decies ad mille pueniunt. Quod disposuit inquit ad ab-